ita ut allegata ratio pro Civitate non facit, sed pro Fisco Regio, et pref. Ill. Magistratu. Tertio pariter respondetur de narratis in eo non constare, et ubi etc. eadem Maiestas Regia fuisset defraudata, cum illud esset contra constitutiones suas, nec verum esse, quod S. C. M. ita scripserit, cum aliter disponant litterę eiusdem Regij Maiest. diei 26. Martij 1596. Quarto, dicitur non constare de ipsis pretensis Delegatis ut asserit pars adversa, neq; esse credendum Excell. Senatu declarasse dictum Flumen non esse Reale, sed privatum: nam dictus Senatus contrafecisset Statutis, et Const. ac aliorum iurium, ut ex dictis litteris S. M. et non dictis Sindicis Civitatis Mediolani, minimeq; verum esse a dictis utentibus factum fuisse suis proprijs manibus, et impensis, cavum dicti Fluminis; sed illud à natura ipsa in principio mundi fuisse creatum pro recipiendis aquis pluvialibus a montibus ibi vicinis cadentibus minusq; a dictis utentibus purgari, cum a se ipso se purget ob Magnum decursum. Sexto dicitur in eo capite narrata somnia esse, et quatenus subessent, non ad rem facere, stantibus dictis litteris Sug. Maiest. que posteriores sunt etc. Septimo respondetur, omnia hac in causa fuisse ad instan. Fisci Regij, et notificantis agitata, et ideo pref. Ill. Magistratum debere in dicta causa procedere, stante ordine pref. Sue Exc. ne Fis. Reg. detrimentum afferratur. Octavo dicitur iam tres fluxisse annos quib. dicta specificatio fieri debebat, et nunquam preter verba fuerunt deducta, et ideo omnino deveniendum esse ad ipsius cause expeditionem in termino peremptorij emanati, aliter etc. Item visa relatione citationis peremptoria instan. Reg. Fisco, et Notificante transmisse dictis utentibus sub die 8 Februarij 1597. ad videndum

fieri ordinationem

Item dicta comparitione in termino Suprascripti peremptorij facta Sub die 8. Februarij 1592. per Prosperum Gallaratum Aluisium Lampugnanum, et Franciscum Pagnanum suis nominibus proprijs, ac etiam uti Sindicos et nomine utentium aquis dicti Fluminis Olone in qua in primis produxerunt mandatum in pref. comparentes factum, et rogatum a Francisco Lampugnano Mediolani Notario Sub die Lune tertio Januarij 1594. Secundo premissa declinatoria iurisdictionis et generalibus exceptionibus ex stillo apponere consuetis, dicunt, utentes dictis aquis certos esse, et non absentes et ideo non posse in genere, et per proclama citari, et sic taliter agitata non valere etc. dicuntq; pret. Ill. Magistratum se intromittere non posse in causa dicti Flumini Olone, tamquam Spectan. Excell. Senatui, et hoc pati ex relatione facta per ipsum Excell. Senatum S. R. M. Sub die 28 Septembris 1595. huncq; causam esse introductam coram ipsa Regia Majest. nec adhuc decisam fuisse stantibus litteris scriptis per dictum Senatum Excell. S. Exc. Sub die 22. Januarij prox. pret. et ideo nil esse innovandum, donec a S. M. fuerit stabilitus Judex. Tertio, dicunt non teneri docere de juribus suis, sed sufficere dicere possideo, et actore non probante, reum absolvi, et notificantem non habere fundatam intentionem pro Fisco, et Flumen Olone non esse regale sed privatum et liquere ex Statut. Mediolani Cap. 280 cum seq; et etiam ex inspectione rei cum oriatur ex fontanis privatis, et super bonis privatorum et ideo prius esse fundan. intentionem suam, antequam utentes vexentur etc. Quarto dicunt Fiscum nullum ius dominij in illo Flumine

162

habere ex Stat. Mediolani Cap. 304. vol. 2. et ideo non posse in eo se per-
intromittere nisi quo ad regimen, et dicunt hoc fiscum fuisse confessum, cum
cum de anno 1566. die 26. Martij fecerit protestationem contra commu-
-nitatem Mediolani, eo quia non provideret ne flumen predictum intro-
-duceret arenam in Navigio magno Mediolani. Quinto, dicunt ipsius esse tam
commodum, cuius est incommodum et sic Fiscum nihil de suo circa
dictum Flumen impendere, sed omnem impensam ab ipsis utentibus fieri, &
ut per stat. Mediolani Cap. 302. vol. 2. et in No. constit. de Off. Commiss. &
et sic commodum dicti Fluminis esse debere ipsorum utentium, qui faciunt
dictam impensam, et non Fisci Regij, qui nihil de suo impedint ut supra.
Sexto, dicunt non debere Fiscum laborare contra proprium commodum
nam si ipsi utentes non haberent dictum Flumen Bene terre locorum
ibidem circumvicinorum inculte remanerent, et consequenter nec loca
habitarentur nec census Regie Camere prestaretur. Septimo dicunt
dictum Flumen esse privatum, et ad usum privatorum, cum oriatur
ex fontanis privatis, et super privato. Ultimo dicunt non relevare
privilegia concessa a Principibus, quia aditus Principi nemini dene-
gatur, et eorum multa fuisse cum voto Vicarij Provisionum Mediolani
concessa, sed multo plures esse alios utentes, qui gaudent dictis aquis
ex justis eorum titulis, quibus attentis petunt per praef. Ill. Magis-
-tratum ordinari cognitionem dicti fluminis, et notificationis spectare ipsi
Excell. Senatui, vel saltem in ea supersedere donec fuerit a S. R. Ma-
-fest. expedita dicta causa pendens ut sup. et item petunt dictum
Flumen visitari debere, et ut latius in ea sub dicta die ultima Februarij

163

1592.

Item visis exceptionibus per Reg. Fiscum, et Notifican contra supraſcrip-tam comparitionem propositis, in quibus responden. supraſcrip-tis capitibus, dictum fuit, Fiscum Regium non teneri, nec obli-gatum esse citare, tam particulariter, licet particulariter voluerit majorem partem eorum citare, qui dictis aquis utuntur, et reli-quos per edictos de quo omnes notitiam habuerunt. Item non debere dictos comparentes se immiscere in ipsis jurisdictionibus ad eos non per-tinen. sed debere pref. Ill. Magistratum exequi sibi demandata a Reg. Maiestate et ultimo Loco a S. Excell. Tertio illam dictionem posideo, quia posideo, vix inter particulares valere, sed non contra Fiscum adversus quem nulla extat possessio prejudicialis, nec preſ-criptio. Et ad illud quod notificanti suam pro filo non fundaverit in-tentionem, ipsos comparentes bene non vidisse comparitiones, petitiones et alia facta ad Instan. Fisci, et notificantes et alia in actis producta. Item Statut a per dictos comparentes allegata contra ipsos met facere, rationibus in ea allegatis, et satis provisum fuisse in reliquis per Cesaream Maiestatem, et providisse per No. Const. etc. Quarto responsum fuit, pariter statutum ab ipsis allegatum sub cap. 304 contra ipsos dicere, reliquum in dicto Cap. adductum ad causam non facere; Quinto, dictum fuit, Mediolani Duces antiquos, donasse diversis particularibus facultatem ponendi buccas super dicto Flumine, sed tamen, quod solum dicte bucche sit altum a fundo dicti Fluminis uncias octo lignaminis et ob talem concessionem Duces gravasse dictos

164

privilegiatos ad purgandum, ut in ipso cap. allegatur, que pur-gationes rarissime fiant. Sexto, dictum fuit, caput vanum esse, et ideo nihil responderi. Septimo, dicunt No. Const. non fuisse contradictum. Ultimo modulandas esse bucas ad formam No. Const. et utentes condemnandos in penis etc. ob contraventionem, et item in gaudimentis.

Item visa comparitione facta per Sindicos Communitatis Mediolani sub die 27. Martij anni 1599. in qua premissa declinatoria iurisdictionis, ac repetitis alijs iuribus jam per dictam Communitatem alias de-ductis, dixere obstare delegationem per Reg. Maest. factam Sen. Excel-lentissimo super cognitione, et decisione, an dictum Flumen Olone spectet Fisco, an Civitati, sub die 25. Martij 1596. et expectandum esse even-tum declarationis S. Reg. Majestatis, cuius tenor, cum exceptionibus Fisci, et ordinatione Illust. Magistratus sequitur vlz.

1599. die Sabbati vigesimo septimo mensis Martij in tertijs. Coram Il-lust. Magistratu extraordinario Status mediolani.

Comparent Io. Angelus Fossanus, et Joseph. Martignonus ambo Causidici Mediolanenses et sindici inclite Civitatis Mediolani occasione asser-te citationis peremptorie c. D. Vicario, et duodecim ipsius Civitatis, ut asseritur emanate instante Reg. Duc. Fisco pretenso notificand. ac Man-dato. pref. Ill. Magistratus, asserti effectus ad videndum fieri omnem, et quamlibet declarationem contra ipsam Civitatem, super aquis Fluminis Olone de quibus controvertitur, et prout in ea, ad quam, citra, tam per cius approbationem etc. et occasione omnium etc. ipsi compa-

-rentes nomine quo supra, Salvis semper omnibus, et quibus-
iuribus, creditis, et actionibus dictæ Civitatis, et cum iterata
-dictionis declinatione etc. et quam semper repetunt etc. et non
dendo ab alijs hinc retro nomine ipsius civitatis in causa ipsius
olim, tam coram præfato Ill. Magistratu, quam etiam coram
Reg. Maiest. propositis, deductis, productis, et allegatis, sed in o-
-mnibus insister. etc. ita tamen quod per utile per inutile non
-tur, et e contra, et sic citra semper in debitum consensum etc.
non aliter et cum aliter etc. dixerunt de nullitate etc. ipsius
-tæ citationis peremptoriæ et omnium etc. nec aliquam ordinatione
præiudicium ipsius Civitatis fieri posse, nec debere rationibus
causis iam nomine ipsius Civitatis, et præcipue sub die 16. Ian.
1597. præteritis, seu etc. coram pref. Ill. Magistratu deductis,
-sitis, productis, et allegatis, quæ omnia ad abbondantem cautelam
comparentes hic replicant etc. et pro replicatis haberi volunt
stante maxime delegatione per suam Reg. Cath. Maiest. iam f
Sen. Excell. super cognitione, et decisione, scilicet an dictum
Flumen spectet Civitati, an Fisco, qua delegatione pendente
potest. Ill. Magistratus in causa hac procedere, sed debere s
-nere, donec illa decisa fuerit, ex qua dicta delegatio fuit, et
iudiciales præsenti causa coram pref. Ill. Magistratu Re
Regij Fisci mota, et item etiam stante alia causa adhuc pend
ipsa Reg. Maiest. super declaratione fienda per eam Rott.

166.

an decisio, et cognitio cause, quod notificationes Spectat dicto Senatui Excellentiss. an dicto Ill. Magistratui, qua pendente et donec fuerit super hoc decisum, clarum est prefatum Ill. Magistratum non posse, nec debere ad aliquam declarationem, nec ordinationem devenire sed omnino expectandum esse eventum declarationis Sue Reg. Majest. et ita dicti Sindici dicto nomine fieri petunt etc. et si secus fiat, protestantur de nullitate etc. et de iniustitia etc. et de reclamando, salvo semper iure etc.

Philippus Dei gratia Rex Castelle, Legionis, Aragonum, utriusque Sicilie, Hierusalem, Navarre, nec non indiarum etc. Dux Mediolani etc. Mag. Rever. Spect. Nob. docti, devoti fideles dilecti. Nomine Civitatis nostre Mediolani exhibitus nobis fuit Supplex libellus tenoris huiusmodi, videlicet. Dice la Città di Milano, che nel suo Territorio vi è il fiume Olona, quale si fa di certe fontane cavate altre volte a spese sue et però esser cosa sua particolare, come si può comprendere dagli Statuti d'essa Città. Et perche per le constitutioni fu data la cura di esso fiume al Senato, ed ordinato, che le pene comminate alli trasgressori degl'ordini circa tal fiume fossero applicate al Fisco, quali prima in virtù degli Statuti erano applicati ad essa Città, Ebbe ricorso all'Invitissimo Carlo quinto di gloriosa memoria, quale Scrisse al Senato, che intese le ragioni rescrivesse con il Suo Voto. Ma perche poi il Senato sempre ha havuto questa cura, deputando particolarmente un Senatore Milanese a quella, non ha più oltre la Città sollecitata la spedizione, parendole in ogni caso, che a tutte fosse di ben publico. Hora si è levato il Magistrato Straordi-

-nario, pretendendo esso la cura di tal Fiume, et pare, che il Gove
-natore di quello Stato habbia ordinato, per modo di provisione, che
esso Magistrato conosca delle ragioni degl'utenti di esso Fiume Olona,
cosa che nonsi poteva fare, pendendo la lite come sopra, et per altre
ragioni, che si contengono nella inclusa informazione. Et perciò la
città di Milano, è sforzata con ogni humiltà, ricorrere alli Reali
piedi di V. M. supplicandola sia servita dar ordine al Senato, che
quanto prima rescriva, col suo parere, conforme a dette lettere. Ordi
-nando, che fratanto il Senato, et Senatore deputato in ogni cosa asso
-lutamente conoscano, o decidano le cose spettanti ad esso Fiume, co
-me si spera etc. et nostro Signore etc. nos enim, quod ejus rei ac
negotij statum, quem ad modum se habeat, planè ex vobis cognoscere
cupiamus; hic vobis injungimus, et mandamus, ut omnibus in pre
-misso supplici libello contentis diligenter perpensis, nos quam pri
-mum de singulis, quae ad rem pertinent, reddatis certiores, una cum
sententia vestra, quo maturius ac commodius quod equum, convenien
sit decernere possimus. Dat. Madriti die 15. Mensis Februarij 1590
Signat. Yo el Rey etc. Subscr. Lopez. Vidit Comes, vidit Brugnola
Regens, vidit Lanz Regens. Vidit Saladinus Regens. Vidit Scudero
Regens. Vidit De Ponte Regens. Exter. Magn. Rever. Spectat. No
-bilib. doctis devotis consiliarijs nostris Presidi, et Senatui Status e
Dominij nostri Mediolani Fidelibus nobis dilectis etc.

Non obstantibus in hac comparitione deductis, ac litteris inclusis. S. Ma

Fiscus petit per Ill. Magistratum procedi ad ulteriora in hac causa, non tam ex notificatione Io Dominici Donati, quam sic Fisco instante, ex delegatione Suę Maiest. dici 5. Mensis Maij anni 1563. preteriti, et in qua delegavit illustrem hunc ordinem ad perfectionem omnium processuum aquarum inceptorum per eiusdem Suę Maiest. Revisores aquarum, inter quos processus fuit etiam ceptus processus contra utentes aquis Fluminis Olonę. Qua delegatione stante, litterę Suę Maiest. dici 15. Februarij anni 1596. derogant dictę delegationi, cum de ea in precibus nulla fuerit facta mentio, iuribus vulgatis, et sic Fiscus concludit omnino per Illust. hunc ordinem esse procedendum ad ulteriora, non obstantibus suprascriptis, aliter protestatur etc. Signat. Calleri.

1599. 19 Iulij.

L. Dictum fuit, non obstantibus deductis procedendum esse ad ulteriora. Signat. Arzanellus.

Item visa relatione termini dierum quindecim dictis utentibus, et eorum procuratoribus statuti etiam per edictum ut supra, ad producendum coram prefato Illust. Magistratu omnia eorum iura etc. eo quia eorum buccę super dicto Flumine Olonę existentes obturari non deberent sub die 6. aprilis 1599.

Item visa comparitione a dictis utentibus, seu eorum procuratoribus facta sub die 19. Maij predicti anni, in qua premissa declinatoria iurisdictionis, et aliis generalibus exceptionibus, dicunt de Nullitate dictę monitionis, eo quia caret nomine instantis.

Item fuisse ad preces communitatis Mediolani mandatum a Sua Excell.

cumulari debere omnes relationes per Excellentiss. Senatum, et pref. Illust. Magistratum factas, easque omnes in Excelso consilio se-creto legi debere, ut saperinde maturius deliberari possit, et put in eo sub die 6. Martij 1596.

Item Regium Fiscum adhuc suam non fundasse intentionem, nec constare an dictum Flumen sit regale nec ne, et sic iurisdictionem non spectare prefato Ill. Magistratui, et audiendos imprimis esse Advocatos, et ut latius in ea legitur, in qua etiam alias adducunt exceptiones iam in alia comparitione per dictos utentes facta sub dicta die 8. Februarij 1597.

Item visis exceptionibus per Reg. Fiscum et notifican. propositis contra dict. comparitionem, in quibus premissis generalibus solitis etc. dicunt Reg. Fiscum non ligari Statutis, et in eius causis procedi sola facti veritate attenta sed in omnem casum multos precessisse actus in hac causa ad instan. ipsius Reg. Fisci, et notifican. quae dant formam legalem in hac causa: Ad id quod ex adverso opponitur per decretum factum a S. Excell. super precibus communitatis Mediolani dici 6. Martij 1596. dicunt non posse dictos utentes allegare ius tertij, nempe ipsius communitatis, et maxime cum Communitas ipsa aliquod ius non foveat in hac causa: ceteris capitibus respondetur, prout in aliis exceptionibus per Reg. Fis. factis predicte comparitioni dici 8 Februarij 1597.

Item viso termine dierum octo assignato dictis utentibus, seu eorum procuratoribus modo quo sup. probandum etc. Dat. sub